



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculum Approbandorum Bipartitum**

**Unczovsky, Marianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1693**

Quæstio VII. In qua circa versum illum quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur  
quomodo, quando?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37308**

QUÆSTIO VII.

In qua

Circa verbum illum: *quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.*

*Vicar.* Quid in proposito verba denotat *ly quis?*

*Sac.* Qualitatem personæ confitentis.  
*U.* Illamne quam habuit, dum peccatum commisit?

*S.* Illam, non enim ignoro respiciendum esse statum præteritum, quem pœnitens habuit tempore peccati commissi, hinc conjugatus v. g. qui ante matrimonium fornicationem commisit, dicere debet: commisi fornicationem, antequam essem conjugatus.

*U.* Proponatur persona pœnitens, cujus conditio vel qualitas ponat malitiam specie distinctam.

*S.* Sit persona voto castitatis obstricta, & maculata peccato luxuriæ.

*U.* Explica circumstantiam *quid.*

D 2 S. Hac

S. Hæc se tenet ex parte materiae, *V. Q.*  
 Alius quantitatem denotat, quæ *S. Sp.*  
 solum necessariò explicanda est, quæ *in lo.*  
 do ad eum gradum pertingitur, *fuor*  
 sufficit ad mortale. *occa*

*V.* Putasne hanc circumstantiam etiam  
 includere *ly circa quid?* *erileg*  
*titur*

S. Etiam: hæc enim circumstantia  
 notans specialem conditionem per  
 sonæ circa quam peccatur, hinc locum  
 habet, qualis eveniret in percussione  
 personæ Ecclesiasticæ, aut in peccato  
 nosa delectatione, seu concupiscentia  
 respectivè ad personam conjugatam,  
 aut voto ligatam, & explicanda  
 debet. *rever*  
*Ecclæ*  
*cro,*  
*in ter*  
*cra,*  
*na, s*  
*ibide*  
*2. Qu*  
*in lo*  
*effusi*

*V.* Sit concupiscentia harum personarum,  
 non ut tali circumstantiâ affectu  
 etarum? *copu*  
*V. No*

S. Sequetur malitia simplicis tantum  
 fornicationis. *ex cir*  
*pudic*

*V.* Quid ponit circumstantia ubi? *S. Cu*

S. Hæc circumstantia, quæ respicit locum,  
 vel addit speciem scandalii, vel  
 speciem sacrilegij. *nus n*  
*cont.*  
*V. Quo*

V. Quomodo?

S. Speciem *scandali* tunc, quando quis in loco publico coram alijs peccat, & suo malo exemplo est alijs indirecta occasio ruinae: tunc verò speciem *sacrilegij*, quando in loco sacro committitur aliquod peccatum, quod propter reverentiam loci sacri specialiter ab Ecclesia prohibitum est fieri in loco sacro, cujusmodi sunt 1. Grave furtum in templo commissum, sive res sit sacra, & DEO dicata, sive etiam profana, sed loco sacro accommodata, vel ibidem securitatis causâ deposita. 2. Quælibet injusta sanguinis humani in loco sacro effusio. 3. Illicita seminis effusio, tum per pollutionem, tum per copulam illicitam.

V. Non contrahunt malitiam *sacrilegij* ex circumstantia loci sacri tactus impudici, aspectus & sermones lascivi?

S. Cùm legam de his Ecclesiam hæcenus nil constituisse, sentio, quòd non contrahant.

D 3

V. Men-

V. Mentionem supra fecisti sceleris consistentis in dicto vel facto praeter te alteri occasionem ruinae, seu de offendendi, nunc quero: an in dicto sceleris explicanda sit species peccati, ad quod scandalizatus incitatur?

S. Si quispiam tantum indirecte praeterintentionem, licet non praeter provisionem ruinae proximi scandalizatum illum, existimo non esse obligatum explicare speciem peccati, cuius scandali occasio fuit, quare satis erit dicere in genere, quod proximum graviter scandalizaverit, siquidem contra solam peccavit charitatem, obligationem, ne detur alijs occasio indirecte peccandi, & ut impediatur praeter ruina spiritualis proximi.

V. Ergo qui indirecte, & praeter intentionem suo malo exemplo induxit furtum, non tenetur ad restitutionem?

S. Non: non enim contra iustitiam sed contra charitatem tantum peccavit.

V. Qu

V. Quid si autem alterum scandalizaret, aut in peccatum induceret directe, intendendo positivè, ut proximus peccet contra hanc vel illam virtutem?

S. Tenebitur explicare speciem peccati, in quod suo exemplo aut consilio alterum induxit.

V. Quæ ratio hujus responsi?

S. Sequens: quia talis non tantùm peccat graviter contra charitatem inducendo proximum in ruinam spiritualem, sed etiam peccat graviter contra illam virtutem, cui peccatum, ad quod proximum induxit, opponitur: quilibet enim virtus obligat graviter hominem, ut peccatum grave virtuti illi oppositum, nec per se committat, nec alium ex industria & positivè ad illud inducat, ideoque in tali scandalo duplex observanda est malitia gravis.

V. Videtur mihi exprimendum esse in Confessione numerum personarum sic scandalizatarum, & inductarum ad peccatum.

D 4

S. Om.

S. Omnino.

V. Teneturne autem quis in omnibus actionibus suis evitare proximi scandalum?

S. Tenetur, nisi rationabilem & iustam causam illas non omittendibus habeat, qualem haberet is, qui ob vitandum scandalum non omitteret spirituales ad salutem necessaria, ut implerentur preceptorum, cum nullus peccare debeat, ut alterius peccatum non detur aut impediatur, sitque in ordine charitatis propria salutis spiritualis preferenda salutis spirituali alterius; neque omittenda iudico ea, quae sunt de consilio ob scandalum Pharisaicum ortum et malitia, quod si ortum fuerit scandalum ex ignorantia, aut infirmitate peccatorum, existimo esse occultanda aut differenda, quousque reddita ratione scandalum cesset, quod si ratione reddita & intellecta non cessaret, omittenda non sunt; rationabilis item causa eveniret respectu mulieris, quae vitare-

teretur jure suo, quod habet ad ornam-  
tum corporis licitum, & communem  
alijs, hoc enim se privare non est obli-  
gata, licet advertat inde fortè aliquos  
ad lasciviam incitandos, dumodò hoc  
non intendat, nec sibi placeat aliorum  
incitatio, quia scandalum, quod quis  
opponeret, esset tantum *passivum*, ac-  
ceptum, & non datum.

V. Cur adjicis *ly passivum, acceptum &c.*

S. Quia inter species scandali locum  
primum tenent *scandalum activum* seu  
*datum*, & *scandalum passivum*.

V. Expone utrumque.

S. Expositio potuit colligi ex hæcenus  
dictis, attamen dico, quòd *scandalum*  
*activum* accidat, cum quis dicto vel  
facto inordinato per se intendit, ut al-  
ter ruat, inducendo eum ad peccatum  
vel si id non intendit, ipsum tamen di-  
ctum vel factum est inductivum ad  
peccandum, quòd scandalum etiam  
appellari solet *datum*, *scandalum per se*,  
aut *scandalum pusillorum*. *Scandalum*



verò *passivum* contingit, quando  
 tum vel factum unius, est alteri so  
 causa per accidens peccandi, ut fit  
 ter intentionem operantis, & op  
 conditionem, aliquis malè dispo  
 ex illo opere moveatur ad peccan  
 quod etiam vocari solet *scandalum*  
*accidens.*

*V.* Satis de illo, quod tangit occi  
 nem spiritualem: explica circumsta  
 tiam *quibus auxilijs.*

*S.* Hæc circumstantia denotat commo  
 ces, & media seu auxilia, quibus  
 mo usus fuit ad committendum  
 quod peccatum.

*V.* Quæ auxilia?

*S.* Vel Dæmonis, vel hominis, om  
 enim commercium cum Dæmone  
 speciale peccatum mortale, & homi  
 nis sive precibus, sive pretiō indu  
 auxilium atque cooperatio ad pec  
 tum, non est finè speciali malitia sc  
 dali.

*V.* Etiamnè hic locum habet inanim

tum peccati instrumentum, cuius usus aliunde est graviter prohibitus?

S. Habet: sit pro exemplo hostia consecrata & venenò infecta, quâ quis alterum occidisset.

V. Declaretur circumstantia cur?

S. In hac circumstantia demonstratur finis, propter quem peccatum committitur.

V. Quid si fuerit finis propri<sup>o</sup> actionis?

S. Non mutabit speciem, qualis est v.g. fornicationis voluptas, furti utilitas &c.

V. Quid autem dicendum de fine extrinseco moraliter malo?

S. Finis ille necessario explicandus est, qualis esset in furto propter fornicationem.

V. Si autem finis extrinsecus peccati esset tantum indifferentis?

S. Non tenetur poenitens illum explicare.

V. Quid observandum in circumstantia quomodo?

S. Hac denotat modum operis acci-

dentalem, seu talem, qui non est  
se & necessariò semper conjunct<sup>o</sup>  
substantiali modo operis peccamin<sup>o</sup>  
V. Proponatur.

S. Talis modus vel est *gravis violentia*  
per quam transfertur peccatum in  
am speciem, ut patet in *furto*, quod  
cum gravi violentia commissum est  
*pina*; aut *sopula*, quæ cum foemina  
multum reluctante est *stuprum*; aut  
*feritas*, qualis spectaretur in eo, qui  
saviret in cadaver inimici occisi illud  
discerpendo, aut cor excerpendo,  
canibus objiciendo &c. Hic enim mo-  
dus addit *homicidium* distinctam mali-  
tam *crudelitatis*: adjici potest modus  
*sopula carnalis*, qui per se est *impedi-  
tus generationis*.

V. Quid autem concipis de modo pe-  
candi ex *vehementi passione*, aut *ig-  
norantia vincibili*, vel ex *certa scientia*?  
S. Suprà multa responsa dedi ad com-  
missa ex *ignorantia*, nunc illud expo-  
no, quod lego apud quosdam, videlicet

cet: hunc modum non esse necessariò explicandum, nisi fortè per accidens, quorum ratio est: quia *passio, ignorantia, aut scientia* non mutant speciem malitiæ in peccato, sed tantum augent, vel minuunt rationem *voluntarij, aut liberi.*

V. Cur autem apponis *ly nisi fortè per accidens?*

S. Propter advertentiam seu notitiam habendam censuræ Ecclesiasticæ, quæ quandoq; est annexa quibusdam peccatis ex *certa scientia*, non item ex *ignorantia* commissis.

V. Quid tibi videtur de circumstantia modi observata in illo, qui peccavit resistendo vehementer inspirationi Divinæ, potèter retrahenti à peccato?

S. Adverto circumstantiam illam esse solum valdè aggravantem, non autem mutantem peccati speciem.

V. Explicetur jam circumstantia *quædo.*  
S. Proposita circumstantia innuit tempus, quo committitur peccatum.

V. Vi.

*V.* Videtur hic necesse tangere durationem actus peccaminosi, quare non fit necessario explicanda?

*S.* Duratio actus peccaminosi prae in se spectata, cum non mutet speciem peccati, non videtur ponere obligationem illam confitendi.

*V.* Quid si esset nimia peccati duratio cum interruptione, quae moraliter discerni possit?

*S.* Cum huiusmodi interruptio multiplicet peccatum, absque dubio sic eveniens duratio explicanda esset, ob intelligendum numerum delictorum spectatam interruptione, sive in actibus pure internis, sive internis conjunctis cum externis.

*V.* Volo audire modum, quo accidere possit interruptio in actibus pure internis.

*S.* Potest accidere, vel positivè retractando priorem malam voluntatem, & paulò post iterum reassumendo voluntatem retractatam; vel desistendo ab actu

actu deliberatè, non quidem per positivam retractationem, sed per voluntariam conversionem animi ad ali- quod aliud objectum, & hac finitâ rursus inchoando actum præcedentem; vel deniq; desistendo ab actu indeliberatè v. g. per involuntariam distractionem, aut per somnum subito obrepentem, & postea iterum actum inchoando.

Q. Apparet omnes tres modos propendere ad ponendam pluralitatem peccatorum?

S. Ità est, supponendo tales esse interruptiones, quæ moraliter discerni queant.

Q. Quid autem resolves ad interruptionem tam actûs interni, quàm externi?

S. Si ità interrumpatur uterq; ut post interruptionem novus ejusdem speciei actus & internus & externus repetatur, tali casu actus interrupti, duo numero ponent peccata in Confessione

ne explicanda, uti contingeret re qui ex  
 ctu illius, qui successivè distinctis di inin  
 tibus internis & externis occide gressu  
 primò Paulum, & postea Petrum, in hu  
 successiva occisio esset cum numer exerc  
 distinctione actus, tam physicè, qu dit, c  
 moraliter. distinc

*V.* Sit interruptio solius actus exte sed fut  
 durate eodem numericè actu intern sic re

*S.* Unicum juxta quosdam DD. mo Pracla  
 liter committetur peccatum in Co nentis  
 fessione explicandum. interr

*V.* Quâ ratione? in Con

*S.* Quia juxta eosdem actus exte modò  
 physicè interrupti continuantur, propt  
 adunantur moraliter in eodem act maliti  
 interno, tanquam in fundamento su fular  
 moralitatis, & non habent aliam ma *V.* Re  
 litiam moralem, nisi quam habet idem poris  
 numero actus internus. stanti

*V.* Possent contingere actus externi cessan  
 physicè inter se diversificari? tali d

*S.* Nil refert, dummodò ordinentur ad S. Pla  
 eundem finem, sit pro exemplo ille *V.* P  
 qui

qui ex eodem interno affectu occiden-  
di inimicum enssem arripuit, domo e-  
gressus est, amicum quaesivit, aliosq;  
in hunc finem actus physicè diversos  
exercendo, tandem inventum occi-  
dit, cui non est obligatio explicandi  
distinctim omnes illos actus externos,  
sed sufficet dicere: *coñisi homicidium*;  
sic respondeo in terminis cujusdam  
Præclari ex modernis Theologi, susti-  
nentis, etiam interruptionem actûs  
interni durante eodem actu externo  
in Confessione explicandam esse, dum-  
modò humano modo sit discernibilis  
propter distinctas numero morales  
malitias, per illam interruptionem re-  
sultantes.

U. Revertamur ad circumstantiã tem-  
poris propositam, quæro: an circum-  
stantia diei Festi, aut Dominici sit ne-  
cessariò explicanda in omni peccato  
tali die commisso?

S. Placet sententia negantium.

U. Proferatur eorum fundamentum?

S. Fun-



S. Fundamentum deducunt ex  
 praxi omnium ferè poenitentium,  
 non solent explicare, & omnium  
 fessariorum, qui non solent in qu  
 peccato inquirere de hac circum  
 tia Festi: item ex respectu ad circ  
 stantiam loci, quæ, sicut non ref  
 dit in omnia peccata specialem  
 tiam, sed tantùm in quædam, &  
 specialiter prohibentur fieri in  
 sacro, similiter & circumstantia te  
 poris sacri non refundit specialem  
 litiam in omnia peccata, sed tant  
 in ea, quæ specialiter tali tempore  
 cro à DEO vel ab Ecclesia prohibe  
 tur, qualia sunt opera servilia, &  
 missio Missæ.

U. Nunquid cultus Divinus special  
 ter præcipitur die Festo? huic aute  
 adversatur graviter omne peccatum  
 mortale.

S. Verum est, quòd præcipiatur, se  
 talis cultus in particulari, nimirum  
 consistens in abstinentia ab opere ser  
 vili, & auditione Missæ. U. Ad

U. An ignoras finem tertij in Decalogo Præcepti esse cultum DEI in genere?  
S. Scio esse finem remotum, non autem proximum & Præceptum.

U. Hoc sufficit.

S. Nequaquam, finis namq; remotus præcepti non cadit sub Præceptum, sed solum finis proximus, qui simul est materia Præcepti, qualis in proposito est abstinencia ab opere servili, & Misera auditio.

U. Saltèm videtur esse explicanda circumstantia diei veneris Sancti, si quispiam eo die aliquod enorme commisisset peccatum?

S. Sic sentiunt aliqui quoad hanc circumstantiam temporis, vide *Medin. in Instruct. Confess. Lib. 1. p. 23.*

### QUÆSTIO VIII.

*In qua de circumstantijs notabiliter aggravantibus.*

Vicar. Quid sentis de circumstantijs purè malitiam peccati  
ag-